

DE OFFICIO GUBERNATORUM  
STATUTORUM.

**O**Mnes Officiales Civitatis Mediolani tenentur omnes Cridas, Ordines, provisiones, limitationesque, pretia taxanda Carnibus, Piscibus, Lignis, & aliis Victualibus rebus, & quæcunque Decreta, & Statuta facienda, & quæ servari debeant, liberè, & sine aliqua exceptione, statim deferri, & consignari facere ad Officium Gubernatorum Statutorum dictæ Urbis. ¶ Tubicines tenentur, publicatis præmissis, eas originales dicto Officio consignare, sub pœna Officiali, & Tubicini contrafacienti privationis officii.

Et amplius sancitum est, quòd quibuscunque Decretis, Statutis, Literis, Provisionibus, Cridis, & aliis scripturis, de quibus in præcedenti Constitutione sit mentio, sive publicum, sive privatum commodum concernant, ad dictum Officium Gubernatorum registratis, plena, & indubitata fides adhibeatur, tam in iudicio, quàm extrà, quemadmodum originalibus, & publico Instrumento adhiberetur.

Sancitum etiam est, quòd citationes, & quæcunque aliæ scripturæ, quæ publicantur sono tubæ ad Scalas Palatii Civitatis Mediolani, eà die per copiam ad Officium Gubernatorum Statutorum Mediolani dimittantur, qui sine impensa partium in filo ponant, ad finem, ut quilibet notitiam habere possit, & copiam, cui credatur, ut in præcedenti Constitutione cautum est.

Cridæ, citationes, & aliæ scripturæ, quæ ex forma harum Constitutionum consignari debent Officio Gubernatorum Statutorum Mediolani, si saltem intrà unam diem non consignentur, sint nullæ, nulliusque valoris, & momenti, nec exequantur. ¶ Et eo amplius Officiales contrafacientes teneantur ad refectionem expensarum, damnorum, & interesse damnum passo.

Gubernatores Statutorum non possunt ab albo Bannitos delere, nisi habuerint ordinem à Iudice causæ, coram quo talis delendus fuerit processatus. Ord. Senat. 11. Martii 1641.

Quænam scripturæ, & Acta gratis recipi debeant ab hisce Gubernatoribus, eorumque Officialibus; quidve ipsis solvendum sit pro scripturis, & aliis, pro quibus merces debetur, præscribitur in Ordinibus factis à Collegio Causdicatorum, & Notariorum hujus Urbis, & confirmatis à Senatu in Ordine 2. Octobris 1573. in noviss. Addit. impress. in fine hujus Volum.

**FINIS CONSTITUTIONUM.**

modi bonorum provenientium à supradicto Beccaria, & in ejus caput in Catastro descriptorum.

Appellavit Salernus ad Senatum, & per Magnif. Senatorem de Leyza  
relata fuit causa die 23. Aprilis 1692. in Senatu, qui perpensis hinc  
35 inde deductis, & memor, quòd aliàs in causa confimili nihil fuerat  
decisum, quidquam declarare noluit super hujusmodi articulo, ne in  
hac materia aliquod fieret exemplum, sed injunxit Magnif. Relatori,  
ut studeret Partes amicabiliter componere.

Ad §. *Oneribus taxarum*, versic. *his tamen exceptis &c.*

Si quis habeat privilegium exemptionis ab his Oneribus cum clausula,  
quòd extendatur etiam ad bona acquirenda, non attenditur hæc clausu-  
36 la, & privilegium admittitur solum pro bonis possessis de tempore  
obtenti privilegii. Ita declaravit Senatus anno 1564. in causa hære-  
37 dum, & successorum Ambrosii de Alzate, & anno 1565. in causa im-  
munitatis RR. PP. Cartusienfium Papiæ.

Ad §. *Quo casu intelligatur &c.*

Hanc Sanctionem servari jussit Senatus die 17. Augusti 1576. in causa exem-  
38 ptionis, & immunitatis concessæ Ven. Collegio Guastallæ hujus Urbis.

#### AD TIT. DE AQUIS, ET FLUMINIBUS.

Ad §. *Omnibus*, versic. *nulla præscriptione admiffa &c.*

**D**ecisiones ad materiam hujus versiculi vide in Annot. ad Ord. Senat. 30.  
Octobris 1550.

Ad §. *Omnibus habentibus*, versic. *liceat aquam ducere.*

Hanc Constitutionem habere locum etiam in aquis scolaticis, ultra jam  
1 declarata in Ord. 3. Martii 1554., decrevit Senatus die 22. Martii  
1588. favore Camilli Sormani, datis literis Egr. Capitaneo Justitiæ, &  
2 die 11. Maji 1593. ad preces Cæsaris Meltii, datis literis Prætori Laudæ.

Aquam ducere volenti nemo tenetur dare proprios Cavos, sed de novo  
3 fieri debent ad normam hujus Constitutionis. Ita referente Magnif. Se-  
natore Cavalchino censuit Senatus die 12. Maji 1662. in casu cujusdam  
de Crassis. -- Egr. Secret. Arbona.

Ducere intendens aquam ex Fonte noviter constructo transeundo per  
4 Campos ad orizam fatos, ne Cavo novus emungat aquas tertii, tene-  
tur facere contrafossa suis expensis, & solvere pretium ad normam  
hujus Sanctionis, facta etiam prius libellatione, an aqua Fontis deser-  
vire possit bonis aquam conducentis, ne fraus fiat. Ita referente Magnif.  
Senatore Casato decrevit Senatus die 12. Maji 1673. in causa vertente  
inter Egr. Advocatum Fiscalem Marchionem Bossium, & Minorem  
Vinearcam. -- Egr. Secret. Maddio.

Aliam Decisionem ad materiam hujus versiculi vide in Annot. ad Ord. Se-  
nat. 3. Martii 1554.

Ad versic. *solventibus pretium terra &c.*

In æstimatione situs terræ occupandæ per novos Cavos, computari de-  
5 bere etiam Fossata declaravit Senatus die 15. Aprilis 1570.

Onera

## AD CONSTIT. MEDIOL. DOMINII. 143

FUME

6 Onera spectantia terræ vendendæ pro construendis novis Cavis solvi debent ab ipso Venditore, non verò ab Emptore. Ita censuit Senatus die 31. Maji 1608. favore Marchionis Languschi.

Ad §. *Possuntque, versic. fiant ædificia &c.*

7 Aqua duci debet per ædificia de lapidibus, & cœmento; nec juvat exceptio, sive possessio, quòd aliàs ducta fuerit per ædificium de lignamine. Ita referente Magnif. Senatore Com. Archinto declaravit Senatus die 9. Augusti 1662. in casu J. C. Bignarolæ cum RR. PP. S. Barnabæ. -- Egr. Segret. Sadarino.

Ad versic. *ita fistulas struant &c.*

8 Fistula superiorem aquam debet attingere, ne aqua inferiùs regurgitet, sed liberè, ut prius, transire possit. Ita decrevit Senatus anno 1601. mense Maji in causa vertente inter Ven. Hospitale Majus hujus Urbis, & Frates Cribellos, referente Egr. Capitaneo Justitiæ.

---

## AD TIT. DE VIIS PUBLICIS MUNIENDIS, ET PONTIBUS MANUTENENDIS.

A Nno 1609. die 26. Februarii declaravit Senatus, onus reficiendarum, seu aptandarum viarum adhærentium Ecclesiis, & earum Cœmeteriis spectare ad Vicinos illius Parochiæ, in qua sitæ sunt.

Ad tollendas Latronum latebras nemora propè Vias publicas esse incidenda per spatium centum passuum pluries decrevit Senatus, nempe die 22. Septembris 1662. pro Via publica, quæ conducit ad Oppidum Trivillii, datis literis pro executione ejusdem Prætori. -- Egr. Secret. Annono; -- die 9. Martii 1663. pro Via Pombii, datis literis Prætori Novariæ. -- Egr. Secret. Cossa; -- & anno 1664. mense Aprilis ad literas Prætoris Derthonæ. -- Egr. Secret. Gradignano.

4 Causæ refectionis Viarum publicarum Civitatis, & Ducatus Mediolani cognoscuntur in prima instantia à Judice Viarum, in judicio verò appellationis à Vicario Provisionum juxta Constitutiones, & deindè devolvuntur ad Senatum. Ita referente Magnif. Marchione Arconato declaravit Senatus die 28. Martii 1670. in casu expurgationis Fontanilis, seu Rivi in Strata Viarenæ hujus Urbis. -- Egr. Secret. Annono.

---

## AD TIT. DE ÆDIFICIIS PRIVATIS.

Ad §. *Quicumque in aliqua ex Civitatibus.*

D Ispositio hujus Constitutionis non tenet pro Oppidis. Ita referente Magnif. Marchione de Rosales decidit Senatus die 25. Junii 1728. favore Fratrum de Frantiis contra Joannem Baptistam Vianum lautè ædificare volentem in Oppido Pallantiæ.

Ad versic. *vendere ædificare volenti.*

Si Dominus domus velit ipse eam lautè ædificare, non potest cogi eandem domum vendere alteri lautè pariter ædificare volenti. Ita referente Magnif.

duabus regulis, unâ permissivâ, alterâ verò prohibitivâ, potius attenditur prohibitiva; unde attentis hisce rationibus Senatus iterum idem  
 30 judicavit die 15. Decembris 1584. favore Hieronymi Mamarellæ detenti ad instantiam Lucii Lutzæ, non obstantibus per eum late deductis.

Ad §. *Eo amplius, versic. hypotecam habeant.*

Litera Cambii tracta in Nundinis super semetipso, retinet priorem hypotecam priorum literarum. Ita referente Magnif. Senatore Patellano decidit Senatus die 29. Maji 1662.

31 Per refutationem literarum Cambialium non extingui primam hypotecam judicavit Senatus die 15. Julii 1670.

32 Literæ Cambii habent non solum hypotecam, verum etiam vim, & effectum sententiæ, & rei judicatæ; unde habent executionem paratam, & in illis subintelligitur Cameralis obligatio, cujus virtute non attenditur ullus ordo in judiciis, sed Creditor potest pro suo arbitrio eligere, quam malit, viam pro satisfactione sui crediti tantopere privilegiati; & attenditur origo crediti. Ita referente Magnif. Com. Bracherio censuit Senatus die 17. Martii 1653. in causa vertente inter quemdam Drallum, & Martham.

34 Hypotecam fuisse contractam in Chirographo, in quo reperiebatur clausula *che vaglia anco per lettera di Cambio, come se fosse veramente, e realmente lettera di Cambio*, decidit Senatus die 31. Augusti 1650. inter Vigletium, & Ghislanzonom.

35 Cambium, cum promissione literas exarandi non habet hypotecam ab hac Constitutione inductam, ubi literæ non fuerint traditæ. Ita referente Magnif. Senatore Menochio judicavit Senatus die 31. Julii 1680. contra Creditores hæreditatis Caroli Mariæ Flisci.

Ad §. *Advocati, & Causidici &c.*

Advocatum, & Causidicum in Abbazia horum Mercatorum non posse incumbere patrocinio causarum, quæ agitantur coram hisce Abbatibus  
 36 ad formam Statuti, renovato Edicto decrevit Senatus anno 1661. mense Februarii, referente Magnif. Com. Bracherio. -- Egr. Secret. Annozo.

37 Si Abbates Mercatorum nolint admittere Advocatum, vel Causidicum, docere debent de causis eorum exclusionis. Ita referente Magnif. Com. Corio declaravit Senatus die 4. Decembris 1663. in casu Borserii, & Cabiati. -- Egr. Secret. Belcredio.

Ad §. *Omnibus Mercatoribus &c.*

Anno 1594. die 26. Junii Senatus jussit tribus ictibus funis publicè plecti, & ad remum triennalem mitti Julium Cæsarem Ripaltam Mediolani  
 38 captum, qui, ob translatam artem Cusoris auri ad Civitatem Mantuæ, bannitus fuerat perpetuò cum confiscatione bonorum.

Ad §. *Hæc tamen pœna, verb. intra tres menses.*

Nomine Ludovici Martignoni Fideifragi datæ fuerant preces Senatui, petendo sibi concedi saluumconductum mensis quoad Personam attento  
 39 consensu trium partium ex quatuor ejus Creditorum; Senatus autem, valdè dubitans super hac concessione, quæ etsi terminum trium mensium hic præscriptum contineat, intelligitur tamen, ut interim fideifragus absit; concessit nihilominus die 19. Augusti 1591. saluumconductum

## AD CONSTIT. MEDIOL. DOMINII. 157

etum petitum, modò verè concurreret memoratus consensus, & men-  
in hoc termino computaretur.

Ad §. *Hæc quoque, versic. pro fugitivis habentur.*

Ex Ordine Senatus diei 15. Junii 1556, præscribitur, suspicionem fugæ probari debere intra quatrimum, eoque elapso non præstita hujusmodi probatione detentum debere relaxari; hinc Salerium detentum uti suspensum de fuga ad instantiam Pitis Creditoris, ob non factam probationem suspicionis fugæ intra quatrimum, referente Magnif. Senatore de Puzho, Senatus relaxari jussit die 17. Maji 1663. -- Egr. Secret. Maddio.

Terminum quatrimum ad probandam suspicionem fugæ præscriptum, referente Magnif. Senatore Carillo, Senatus prorogare noluit die 5. Aprilis 1666. in casu Salvadici Debitoris detenti in Carceribus Papæ vigore præcepti concessi Mediolani ad instantiam Puricelli Creditoris. -- Egr. Secret. Cossa; -- & hujusmodi prorogationis petitionem à Jacobo Milivacca por. ectam pariter rejecit die 18. Februarii 1669. -- Egr. Secret. Belcredio.

## AD TIT. DE OFFICIO PROTECTORUM CARCERATORUM.

Presentibus Satellitibus, ut hi Protectores neminem detentum ex causa debiti dimitterent, nisi prius soluta eorum mercede, & auditis Protectoribus dicentibus, capturas ut plurimum reddi nullas ob ipsorum Satellitum cupiditatem capiendi Debitorum, Senatus die 18. Augusti 1590. censuit, Partes uti debere jurius suis.

Isti Protectores habent jurisdictionem in toto Mediolani Ducatu. Ita referente Magnif. Senatore Marchione Caxa declaravit Senatus die 19. Decembris 1662. in causa Notarii Verzini detenti in Carceribus Seprii. -- Egr. Secret. Anono.

Publicè sedente Excellentissimo Governatore in Senatu, non possunt petere gratiam nisi pro Rejs, qui verè, & cum effectu sistant in Officio Egr. Capitanei Justitiæ, vel Egr. Prætoris hujus Urbis, & tenentur de hoc prius exhibere attestationes; respectu verò gratiarum, quæ fieri debent forensibus, & secretè, non requiritur, quòd sistant. Ita decrevit Senatus die 18. Decembris 1682. -- Egr. Secret. Cossa pro Egr. Arbona.

## DE TIT. DE OFFICIO JUDICIS, ET COMMISSARII FLUMINIS OLONÆ, ET PERTINENTIBUS AD IPSUM OFFICIUM.

Nno 1607. 22. Junii, referente Magnif. Senatore Com. Ludovico Taberna Conservatore Fluminis Olonæ, censuit Senatus, omnes Buccas in dicto Flumine constructas reducendas esse ad formam præscriptam ex ordinatione per Magnif. olim Senatorem Montium facta die 14. Maji anni 1575. Soratores autem (quos vocant) fieri debere ad formam N. C. profundos, & in eis nullo pacto impedimenta ulla poni posse ad extrahendas aquas. Clusas Molendinorum reducendas ad formam præscriptam ex N. C.

FLUME OLONA

N. C. Portas Molendinorum, quas vocant *Ufchiere*, patentes esse debere ad formam ipsarum Constitutionum. Palos, & alia quæcumque impedimenta posita in ipso Flumine tolli debere termino quindecim dierum sub poena scutorum vigintiquinque pro singulo inobediante. Fontes præterea purgari debere. Quoscumque autem Utentes aquis dicti Fluminis eis uti debere ad formam datam à N. C., & posthac fidejubere prout ex ipsis N. C. cavetur. Aquæductus, quos vocant *Riali*, reduci itidem debere ad formam traditam à N. C., & cavcs fieri, per quos ad suum locum aquæ revertantur. Demum eos omnes, qui ex privilegio aliquo prætendunt sibi licere uti aquis dicti Fluminis contra formam dictarum Constit., termino quindecim dierum quæcumque jura sua producere debere in manibus dicti Magnif. D. Conservatoris, qui, instructo processu, ad Senatum referat, ut tandem aliquando introducti abusus funditus tolli possint. Hæc omnia autem publico edicto promulganda esse, ut omnibus innotescat, & Utentes certi sint, ipsum Magnif. Conservatorem ex mente Senatus, ubi in ipso termino quindecim dierum prædicta adamussim non exequantur, dempta purgatione fontium, inobedientium expensis omnia esse executioni mandaturum. — Egr. Secret. Marchesonio.

Petita facultate subrogandi de Taliabove loco Commissarii Fluminis Olonæ, referente Magnif. Senatore Leyzaldo sancitum fuit à Senatu die 13. Augusti 1620. non esse admittendas subrogationes, & ita in posterum esse observandum.

Conquerentibus Utentibus Fluminis Olonæ de Edicto de mandato Magnif. Caimi cum participatione Senatus promulgato de Buchis modulandis, Senatus die 11. Julii 1643. censuit, Edicto esse parendum, & de prætenfis gravaminibus Senatum esse informandum.

---

AD TIT. DE OFFICIO GUBERNATORUM  
STATUTORUM.

**R**eferente Magnif. Senatore Stuppano Senatus die 26. Aprilis 1742. decrevit, esse dandas literas Abbatibus Collegii Notariorum hujus Urbis, ut publicari faciant novum Edictum pro restauratione ad hoc Officium Instrumentorum Tutelæ, & Curæ.

F I N I S.

A D D I T I O

N O V I S S I M A

N O N N U L L O R U M

O R D I N U M

E X C E L L E N T I S S I M I

S E N A T U S M E D I O L A N I .

# ORDINES

179  
ut in causa vulnerum illatorum Commissario Salis, & ejus Officialibus  
actu exercitii eorum muneris procedat Magistratus Ordinar. Reddit.

MDCXVII. Die xxvi. Januarii.

verbo in Excellentissimo Senatu  
Mediolani per Egr. Fiscalem Paingam  
de litteris Prætoris Casalis Majoris  
eius ordinis Præsidentem datis die de-  
cembris proxime præteri-  
ta Decembris proxime præteri-  
ta narrat excessum sequutum die  
eiusdem mensis in loco Ca-  
lucationis ejus Oppidi contra An-  
thekazinum Commissarium depu-  
tatum advertus fraudes Salis, & contra  
vulneribus lethalibus eo actu affecti  
Stortis, & ab aliis, quemad-  
modum ipsemet Commissarius. Et  
tempore alii ejusdem Præto-  
ris de eodem facto datis ad Quæ-  
storum Ordinariorum Regio-  
nis Dominii. Quæ quidem binæ  
ad ipsum Fiscalem missæ fuerunt,  
Senatum, quàm per Quæstores,  
ut votum suum subjiceret de  
precedendi; Si quo præferendo ab-  
m illi fuerit, donec articulus  
de jurisdictione, & co-

gnitione causæ decidatur, prætendentibus  
Quæstoribus, jurisdictionem, & cogniti-  
onem ad suum Tribunal pertinere, quippè  
quia excessus commissus sit in personam  
exercentem munus ab ipso Tribunali de-  
pendens offensam non modo ex causa ipsius  
sui muneris, sed eam in actu exercitii il-  
lius; & propterea Consultus Senatus, cui  
hæc cognitio spectet, an scilicet Quæsto-  
ribus propter præarratas rationes, an  
verò dicto Prætori, propter locum patratii  
delicti.

Respondit Senatus, maturè, & diligen-  
tèr perpensis omnibus in utramque partem  
propositis, cognitionem pertinere ad Quæ-  
stores, qui tamen teneantur referre Sena-  
tui referenda. Ideò monendum Præto-  
rem Casalis Majoris ex ordine Senatus ut absti-  
neat à processu ad ulteriora; & causam,  
& partes remittat ad ipsos Quæstores, vel  
ad eum, qui ab eis ad hujus causæ, &  
processus perfectionem delegabitur, una-  
cum processu, hæctenus ab ipso Præto-  
re formato.

Ordo circa præcedentiam à JUDGE Monetarium prætentam in Curiis  
cum Egr. Advocatis Fiscalibus Generalibus.

MDCXVII. Die xxx. Junii.

præstenderet JUDEX Monetarium,  
unquam ad Curiis Capitaneatus  
Prætoriam ex causa Officii  
contigerit, primum locum  
Vicarium Justitiæ, & Judices  
& ad id observandum res-  
picientibus Fiscalium Generalium exhibuisset  
Senatus ad sui, & successio-  
nem factam sub die tertio Sep-  
tembris. adversus Protectores Car-  
cerum ad mutuas ipsorum preces con-  
parte dicti Judicis tenorem  
Capitulorum, quæ inter alia  
admiratur Excellentissimus Guber-  
nator de Fuentes de mense Janua-  
rio, quo tempore id munus in Ju-  
dices conferendum decrevit, & (re-

uni ex Magnificis Senatoribus oreteus de-  
mandata, ut partes audiret, & verbum  
faceret) multa per dictos Egr. Fiscales  
opponerentur, contententes dictam Sena-  
tus declarationem ad Protectores tantum,  
& ad visitationes Carceratorum restrictam,  
eos non afficere, nec etiam dicta Capitula  
Excellentissimi Gubernatoris, & obtinere  
dicto Judici usum, & observantiam.

Senatus his auditis, & perpensis, ac  
habita notitia allegatæ ab Egr. Fiscalibus  
observantiæ, censuit in ea persistendum  
esse. Cæterum si dictus JUDEX Monetarium  
adhuc in proposita prætensione Fiscales tan-  
gente persistat, Suam Maestatem adeundam.

Marchefonius.

Ordo circa auctoritatem Magnifici Senatoris Conservatoris Fluminis Olonæ  
in respicientibus bonum ejusdem regimen.

MDCXIX. Die xii. Julii.

180  
in Excellentissimo Mediolani Se-  
nato per Magnif. ejusdem Ordinis  
& Fluminis Olonæ Conserva-  
toris Valerium Confalonarium visita-

voto suo circa remedia adhibenda, & iis,  
quæ in Proclamate de more publicando  
auferenda, vel addenda judicavit, ac de-  
mum propositis nonnullis ad bonum regi-  
men Officii pertinentibus, & omnibus be-



Cum Magnif. Dominum Senatorem factam, & juxta illius votum, censuit Proclama publicandum esse iis additis, vel sublati, quæ ipsi Domino Conservatori vilebuntur; & lapsis terminis in dicto Proclamate præfixis, ad executionem in eo contentorum, & pœnas comminatas viriliter esse procedendum, ut usurpationes, & abusus in Flumine intrôducti omnino tollantur, & Nov. Constitutionum dispositio adamussim servetur. Et quoniam hæc

maxima ex parte à bono regimine Officii Commissarii pendere Ordo ipse dignovit, provisiones in hac materia per dictum Magnif. D. Conservatorem propositas summo perè commendavit, censuitque tam recensitas, quàm quascunque alias eidem benevitas adhibendas esse, ut omnia in Officio ipso recto tramite pro justitia, & bona ipsius Fluminis administratione pertranscant.

Belingerius Proveria.

*Ordo, quod Bannitus non possit nominare aliquem liberandum, qui post publicationem Proclamatis præmium promittentis, deliquerit.*

MDCXX. Die xv. Februarii.

Quamvis in Edicto generali adversus Exules promulgato speciatim cautum sit, ut nemo capiens, vel occidens aliquem Bannitum possit in præmium talis operæ liberare Bannitum, aut Delinquentem, qui post publicationem ipsius Edicti in delictum inciderit: tamen compertum est in aliquibus aliis Edictis, in quibus præmium liberationis alicujus Banniti, vel Delinquentis promittitur, eam conditionem non

fuisse appositam, id, quod quasi ansam delinquendi præferre videtur. Volens propterea Senatus Excellentissimus huic malo occurrere.

1620

Hoc decreto statuit, non licere alicui simile præmium petenti, nominare liberandum aliquem, qui post publicationem Proclamatis præmium promittentis deliquerit.

Landrianus.

A N N O T.

Vigore hujus Ordinis Excellentissimus Senatus die 18. Januarii 1621. censuit non posse Delinquentem post Edictum liberari, licet Princeps ex mera benignitate concesserit præmium liberationis Banniti post Edictum promulgatum, & post delictum patratum ab eo, qui proponebatur liberandus; die verò 25. Augusti ejusdem anni declaravit posse frui beneficio ultimi cujusdam Proclamatis editi contra instantes, licet delictum patratum esset à liberando post primum Proclama, ut refert Magnif. Senator Bellonus *de potest. eorum &c. lib. 2. cap. 11. sub num. 9.*

Mognus Fossatus.

*Ordo circa modum intimandi præcepta Monasteriis Regularium, & Personis Ecclesiasticis Utentibus aquis Fluminis Olonæ.*

MDCXXIII. Die xix. Julii.

Lectis in Excellentissimo Senatu Mediolani sequentibus precibus Syndicorum Fluminis Olonæ videlicet: P. R. Cum pro executione Ordinis Excellentissimi Senatus editi sub die 15. mensis Maji 1623. præsentis intimandum sit præceptum omnibus Utentibus aquis Fluminis Olonæ effectus, ut fieri faciant Soratorios ad effectum, ut aquæ post eorum legitimum usum revertantur in dictum Flumen ad formam Nov. Constitutionum, & Ordinum præfati Excellentissimi Senatus; ex dictis Utentibus adsunt nonnulla Monasteria tam Monachorum, quam Monialium, ac aliæ personæ Ecclesiasticæ, qui nullos habent Fictabiles

pratorum, quæ irrigantur ex dictis aquis; & propterea nescitur quomodo præcepta ipsa eis intimari possint; ideo pro opportuno remedio Syndici dicti Fluminis Olonæ ad M. V. confugiunt humiliter supplicando, ut dignetur præscribere formam circa intimationem dicti præcepti recitatis Ecclesiasticis ad effectum, ut Ordo prædictus Excellentissimi Senatus executioni mittatur, & ita &c.

1623

Et eis maturè perpensis censuit is Ordo memoratam Ordinationem jam factam publico Edicto publicandam esse, ut omnibus innotescat.

Belingerius Proveria.

*Ordo, ne Officialibus togatis detur Syndicator non togatus, nec eligatur e loco, ubi Officialis Syndicandus jus dixit.*

MDCXXIII. Die xxix. Novembris.

Consultus Senatus Excellentissimus an conveniat Officialibus togatis dari

quo Prætor jus dixit; Ordo ipse omnibus consideratis censuit utrumque esse in futu-